



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator  
communiter resurget ad justitiam.**

**Lefelon, Antoine**

**Bruxellis, 1675**

§. 4. Doctrina Manuductionis docens pro conversione inflanter orandum,  
desperationem impedit potius quàm eam suscitet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9433**

*si tantam difficultatem convertentes patiuntur<sup>10</sup>* 6.  
 Rectè proindè admonet S. Gregorius:  
*Clamet & peccator, quem à Deo recedentem cu-* Pœnit. v. de  
*peditatum tempestas contrivit, quem malignus* Profundis.  
*hostis absorbuit, quem presentis facili fluctus*  
*involvit: agnoscat se esse in profundo, ut ad*  
*Deum suâ perveniat oratio, DE PROFUNDIS*  
*CLAMAVI AD TE DOMINE. In quo no-*  
*tandum, quia non ait: clamo sed clamavi. Ha-*  
*bес in hoc perseverantie documentum, ut si prima*  
*non exaudiris, ab oratione non deficias, imo pre-*  
*cibus & clamori insistas. Vult Deus rogari,*  
*vult cogi, vult quadam importunitate vinci. Ideò*  
*tibi dicit: regnum Dei vim patitur, & violenti*  
*rapiunt illud.*

## §. I V.

*Doctrina Manuductionis docens pro conversione*  
*instanter orandum, desperationem impedit*  
*potius quam eam suscitet.*

**S**ed istud, ait Appendix, aperit pec-  
 catoribus viam ad diffidentiam & de-  
 sperationem. Econtra viam istam clau-  
 dit, dicendum fuerat, eosquè facit con-  
 fidere. Magna est enim plerumquè ma-  
 xime inveterati peccatoris angustia, cum  
 mortiferis delectati, omnibus servire  
 consuetus, ab iisdem sese cogitat expedi-  
 re.

## 58 CONVERSIO

re. Bonum videt, & approbat indè abrumperem amorem & ad virtutem conferre: sed adhuc videt se detineri, videt se vinci, videt se frustra conari. Diversis voluntatibus cor ejus distenditur, miserequè discerpitur, dum novam vitam appetit, sed adhuc veteri cupiditatis succumbens à consuetis delectationibustimet abscedere. Accedit & stygius Pharaao qui acrius premit quos jam videt ditionem suam meditari deserere. Ut enim

a Lib. i. de post S. S. <sup>a</sup> Cyrillum, Alex. & <sup>b</sup> Isidor. <sup>adspir.</sup> rum notat c S. Bernardus: Quotidianis  
<sup>b</sup> Sens. l. 2. <sup>c</sup> discimus experimentis, eos qui converti delibe-  
cap. 9. <sup>c</sup> De conv. rant, tentari acrius à concupiscentia carnis: &  
ad cler. cap. urgeri gravius in operibus lutis & lateris, qui  
Ægyptum egredi & Pharaonis imperium effu-  
gere moliuntur. Omitto vanos timores qui-  
bus non modicè sæpè conturbatur & à  
conversione retardatur. Multos enim sæpè  
L. 30. mor. videmus, ait S. Gregorius, viam quidem  
cap. 23. sanctæ conversationis appetere, sed ne hanc asse-  
qui valeant, modò irruentes casus, modò futura  
adversa formidare. Qui incerta mala dum quasi  
cauti prospiciunt, in peccatorum suorum vinculis  
incauti retinentur. Multa enim ante oculos po-  
nunt, quæ si eis in conversatione eveniant, subsi-  
stere se non posse formidant.

§. V.